Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26953
Copyright: Admont, Benediktinerstift

150

Dividit ecclesias kathedrales

intendentes in ipsis dioc(esibus) quarum non nullas in duas et aliquas in plures dioc(eses) duximus dividendas, certas civitates ac ecclesias erigimus kathedrales, quarum singulis distinctas parochias et limitatas dioc(eses) iussimus assignari. Verum quia plures ante ordinationem seu divisionem nostram huiusmodi tam a nobis quam a predecessoribus nostris Romanis pon(tificibus) apostolicas obtinuerunt litteras super beneficiis ecclesiasticis in ipsis tunc integris dioc(esibus) vacaturis, quarum non nulle restant adhuc execucioni mandande, Nos amovere volentes cuiuslibet dubitationis scrupulum qui circa gratiarum execucionem huiusmodi beneficiis concessarum posse forsan incidere et provide considerantes attentius quod per ordinationem seu divisionem nostram predictam ius adversum expectantibus dicta beneficia antea concedentes exceptione minuatur non debet quin adeo effectum in divisis dioc(esibus) maneat sicut in ipsis que integre prius erant, auctoritate presencium declaramus quod omnes et singule gratie super beneficiis vacaturis ante divisionem huiusmodi in ipsis quondam integris dioc(esibus) a nobis vel predecessoribus nostris personis quibuscumque concesse tam in ipsis nunc divisis quam in aliis dioc(esibus) decisis ab illis eisdem modo et forma possent suo ordine per executores mediatos et ad alios id quod pertinebit ad debitam execucionem adduci quibus ante divisionem seu ipsas poterant et debebant. Idem circa declaramus quo ad litteras apostolicas iusticiam continentes ut vel iudices dati per illas in causis quarumlibet personarum que nunc de huiusmodi diocesibus existunt possint in ipsarum tenore procedere ac si dicte dioc(eses) de quibus mentio in litteris eisdem habetur integre remansissent. Nulli ergo hominum etc.

Johannes

Execrabilis quorundam tam religiosorum quam secularium personarum ambitio eo magis fit insaciabilis quo sibi amplius indulgetur et in excitabilis importuna petitionum tam a nobis et predecessoribus nostris Romanis pon(tificibus) non tam obtinuisse quam extorsisse plerumque noscuntur, ut unus interdum et ad unum beneficium ecclesiasticum minus ydoneus in diversis ecclesiis nedum vicinis sed ab invicem longe distantibus, ymo non nunquam in diversorum regnorum partibus situatis plures quam duas aut tres vel plures et dignitates personatus officia seu prioratus aut diversa beneficia ecclesiastica curam animarum habentia possit dispensative, cum alias non liceat, de iure tenere quin recipere simul licite et retinere. Unde ut certa in conscientia sub scriptura sequitur quod videlicet interdum nec unius officio implere sufficeret plurimorum sibi vendicat stipendia que talis litteras vult vite puritate ac testimonio bone fame pollentibus qui mereantur